



V

10th

alte Nr. 209.

Fürstenf. n. 3 andere Schriften

P. VIII. 109.

19

BENEDICENTIE ALTISSIMO,

PROBLEMATUM
THEOLOGICORUM EX
V. CATECHESIS LUTHE-
ranæ parte, quæ est

DE SACRAMENTO
COENAE,
DECADIS TERTIÆ:
Problemata. I. II. III.

In Electorali ad Albim Academia,
in disputationem proposita,

AUCTORE AC PRÆSIDE

JOHANNES FÖRSTERO

SS. Th. D. & Prof. Ordinario,

RESPONDENTE

M. JOHANNES TRUBSBACHIO
Freibergensi, Alumno Electorali.

Ad 18. Ianuar. horis locoque consuetis.

VVITTEBERGÆ,

Typis Johannis Gormanni. Anno 1612.





Reverendo & Clarissimo

V I R O,

Dn. HELVICO GARTHIO SS. Th. D.
Ecclesiae Freibergensis Pastori, ac Superat-
tendenti dignissimo:

V I R I S Item

Amplissimis, Consultissimis, ac Prudentissimis,

Dn. FRIDERICO SCHÖNLEBIO	} Reip. Frei- bergenfis	{ Consuli, Prætori, Syndico,	} meritif- simis ac fideliffi- mis.
Dn. M. JOHANNI Salfeldero			
Dn. M. JOHANNI Hornicæo			

*Dominis Fautoribus ac Patronis perpetua
observantia colendis,*

Positiones hasce Theologicas

Offert, Consecrat

M. JOHANNES TRÜBS-
BACHIUS.



PROBLEMA PRIMUM.

An & cur Oralis manducatio ac bibitio Corporis ac sanguinis DOMINI nostri JESU CHRISTI sit necessaria, & ad quid conducat

Themation I.



N secunda ab hac διατριβή justa fuit instituta tractatio, de Orali manducatione, adversus Sacramentiperdas, quorum tanta importunitas, impietas tanta, ut & istud, de necessitate & utilitate Oralis manducationis, Problema sub Disputationis aleam vocare cogamur.

Ordo & causa
περὸν καταγωγῆς.

II.

Omni enim deposito pudore, propalam dictitant scriptitantq; nec necesse esse nec utile, ut corporeo oris instrumento, corpus & sanguis CHRISTI in sacra Synaxi, edatur & bibatur; sufficere enim manducationem ac bibitionem spiritualem, quæ fide fiat.

III.

Ut enim silentio præteream, quòd olim (a) Oecolampadius, Sacramentate crassioris adhuc & crudioris Sacramentarijismi, pronunciare non exhorruit: non magnopere necessariam esse manducationem corporis CHRISTI in Cœna sacra; quandoquidem fides nostra nulla egeat re externa: hodie certè, ætate subtilioris & elaboratioris Sacramentarijismi, non desunt, qui peræquè crassa voce eandem cantilenam canere non reformidant.

tarijorum κακοδοξία.

(a) in lib. de verb. Domini.

IV.

Sed tamen ut horrenda cantilena illius δυσφωβία aliqua ex parte obtundatur: CHRISTI utiq; & Lutheri autoritatem interciunt; perinde ut & Oecolampadius (b) Lutheri tempore.

A 2

Preterea

Ereuerliche Vermahnung / der Pfälkischen

Kirchen fol. m. 49. ed. Anno 1609.

In welcher meinung vns auch das bestetigt: das wir finden in der heiligen Schrift: das Christus das leibliche Essen vnd Trinken seines Leibs vnd Bluts anderstwo ausdrücklich hat verworffen: Mit diesen zweyen Gründen: Denn erstlich / so werde er gen Himmel fahren / da wir ihn mit vnserm leiblichen Mund nicht werden ergreifen vnd Essen können.

Darnach so sey auch solch leiblich Essen vnd Trinken seines Leibs vnd Bluts nichts nütze zur Seligkeit.

In libello cui inscriptio.

Was die Reformirten Kirchen in Teutschlandt glauben oder nicht glauben f. m. 137. ejusd. edit.

Ist demnach auch in diesem Stücke / die Wiederwertigkeit zwischen der heiligen Schrift vnd D. Luthers meinung unvereinlich: Das nemlich die heilige Schrift sagt / das Fleisch Christi leiblich oder Mündlich gessen / sey NICHTS nütze: D. Luther aber sagt / das Fleisch Christi leiblich oder Mündlich gessen / sey JA nütze.

b. in Maj. Conf. Tom. III. len. Germ. 358. 361. & seq.

V.

Etsi verò pia menti sufficit Verbum sui DOMINI, (c) sacris doctrinae litteris, nihil ab ipso vel constitutum vel institutum, quod ociosum. siquidem is αυτοσοφία Sapiencia ipsa, itemq; αγαθος παναγος Θεος και υπεραγος, ολων αγαθους, δια τον υπερβαλλοντα τω λυτον της αυτης αγαθοτητος εν ενεχουμνον ειναι τ' αγαθον υπο μηδενος μετεχουμνον, juxta Damascenum, lib. IV. Cap. 14. quae est de Cena DOMINI.

(c) Syr. 6. 40. 21. 6. 43. 25.

VI.

Lutherano-
rum ortho-
doxia.

Interim tamen quia hortante Apostolo ο τρις μεταβολογης και
Φρεναπαιτες δει οπισομιζειν: volvendum nobis est hoc laxum, cu-
jus duo quasi acumina.

Vnum

VII.

Vnum est Oralis manducationis necessitas. Alterum ejusdem Vtilitas.

VIII.

Vtrumq; asseremus διδακτικῶς : ad ἀντιπίπτουσα Adversario, xum nos postea accincturi ἐλεγκτικῶς.

IX.

Ut igitur, de priori, priori loco disseramus : duplex utiq; istius instituti SALVATORIS necessitas à Luthero Ecclesius commendatur,

Tom. III. Jen. Germ. f. 379.

X.

Prior DEVM : posterior fidem nostram concernit.

XI.

Necessitas DEVM respiciens est, ut honor veritatis ipsi, adversus omnes μωσηϊομασίγας, illibatus constet, juxta authenticam Apostoli.

Rom. c. 3.

Num incredulitas illorum, fidem Dei faciet irritam? Absit. Imò sit Deus vera ex omni autem homo mendax, quoniam admodum scriptum est. Ut justificeris in sermonibus tuis, & vincas, cum judicaris.

XII.

Necessitas fidem nostram concernens est, ut ea respondeat suo correlato, id est Verbo, quo nitur, Verbo inquam institutionis, quo non nuda panis manducatio : sed realis ipsius carnis CHRISTI cum pane communicatio sancita,

XIII.

Quòd si contingat fidem à suo hoc fundamento averti : quis non animadvertit eam hoc ipso everti, vel certè fidem veram perverti, & in falsam converti?

XIV.

Quàm necessaria autem est salus : tam necessaria est etiam vera fides, cum hæc causa : illa hujus effectus planè ómni.

XV.

Sufficiant hæc ἀποθγῶς de necessitate Oralis manducationis ac bibitionis corporis ac sanguinis Dominici : proximum 2. De utilitate est, ut de utilitate etiam pauca afferantur.

XVI.

Acer-

I.
Tractatio
didachikῆ-
1. De oralis
manducatio-
nis necessitate

XVI.

Acerrimus Sacramentariorum (dum Spiritus intus agebat) An-
tagonista (d) Lutherus tres potissimum utilitates recenset: quibus B.
Chemnitius aliquas adhuc alias ἐκωφερίστας superaddit. Utrasque,
ὡς ἐν τύπῳ, hic exhibemus.

(d) Tom. III. Ien. Germ. f. 376.

XVII.

Ut itaque à Luthero ordiamur: prima sapientissimæ illius
CHRISTI Ἀγαθῆς Utilitas est, ut opinione sapientiæ secu-
laris tumidi confundantur in cogitatione cordis sui.

Luc. 6. 1. 51.

XVIII.

Humiles verò & ex agnitione indignitatis timidi erigantur,
& in simplicitate fidei, Sacra DOMINI Cæna πανωφιλῶς καὶ πα-
ναξίως utantur; de quib contrariis effectis grandævus Simeon ὁ
κερσοφόρος & δεσποτικῶς:

Luc. c. 2.

*Positus est hic in ruinam, & resurrectionem multorum
in Israel.*

XIX.

Secundam istius rei utilitatem cum (e) Irenæo constituit Lu-
therus, confirmationem fidei nostræ de resurrectione corporum
nostrorum in novissimo die.

(e) lib. 4. c. 34.

*Quemadmodum qui est è terra panis, percipiens vocatio-
nem Dei, jam non est communis panis, sed Eucha-
ristia duabus rebus constans terrena & cælesti: Sic &
corpora nostra Eucharistiam percipientia, jam non
sunt corruptibilia, sed spem resurrectionis habentia.*

XX.

Quò etiam collimat Canon Concilij Niceni:

Ἐπὶ τῆς θείας τραπέζης μὴ τὸ προκειμένω ἄρτω καὶ τῷ ποτηρίῳ
ταπεινῶς προσέχωντες: ἀλλὰ ὑψώσυντες τὴν διάνοιαν,
πίσει νοήσωμεν καὶ οἶσαι ὅτι τῆς ἱερᾶς ἐκείνης τραπέζης τὸν
ἀμὸν τὸ θεῶν τὸν ἀρέντα τὴν ἁμαρτίαν τὸ κόσμος, αὐτῶς
ὑπὸ τῶν ἱερῶν θυόυδρον, καὶ τὸ τίμιον αὐτῆ σῶμα καὶ αἷμα
ἀληθῶς λαμβάνοντας ἡμᾶς πτεύειν ταῦτα εἶναι τὰ τῆς
ἀναστάσεως ἡμετέρας σύμβολα.

XXI.

Tertia utilitas à Luthero educitur è Verbo DEI, quo oralis
carnis & sanguinis CHRISTI manducatio & bibitio san-
cita.

XXII.

Verbo autem DEI nihil utilius, nihil efficacius.

Isaia cap. 55. 8. Rom. c. 1, 16. & psalm Ps. 119.

XXIII.

Utilitates quas (e) B. Chemnitius, γνήσιος Lutheri Discipu-
lus, his à Praeceptore commendatis ἐκ περιουσίας superaddit, sunt
potissimum hæ, quæ jam sublequentur.

XXIV.

Prima est fidei nostra confirmatio, cujus gratiâ CHRISTUS
se nobis apprehendendum exhibet, in ea etiam natura, in qua Fra-
ter noster, & quidem non in loco quodam vago & incerto extra Cœnam:
sed, sub certis usq; visibilibus panis & vini symbolis, in ipso Cœnæ actu,
occultans sub illis quasi majestatis suæ radios, quos in hac fragi-
litate ita nudos & his quasi indumentis exutos, ferre non pos-
sumus.

XXV.

Secunda est spiritualis communio cum DEO, cujus fundamen-
tum & vinculum non natura CHRISTI divina, quippe quæ
per se nobis (f) ignis consumens: sed humana, quam ex nobis in
DEUM assumptam, vitæ ac sanctitate repletam, in Cœna no-
bis reddit, ut massa hæc nostra peccatrix & mortalitati
obnoxia

obnoxia particeps fiat illius *ἑσθίωνος ἡμετέρας διὰ τὸν ἑαυτοῦ* in
Carne & ex carne sibi ὁμοσίω.

(f) *Deut. 6.4, 24. c.9, 3. Heb. 12, 29.*

XXV.

Tertia est applicatio specialis, vel potius individualis beneficiorum
CHRISTI, quæ ipse corpore & sanguine suo per passionem ac
mortem suam peperit, non generibus saltem singulorum: sed & singulis
generum:

XXVI.

Quam certò enim singuli accipiunt corpus ac sanguinem
CHRISTI: tam certò etiam singuli credere debent: hoc ipsum corpus,
quod edunt, pro se etiam in mortem fuisse traditum: & hunc ipsam
sanguinem, quem bibunt, pro suis etiam peccatis in ara crucis in
eorundem remissionem fuisse effusum.

XXVII.

Ideoque non tantum pro aliquibus, absoluto quodam DEI
decreto eò destinatis: sed pro omnibus & singulis indiscriminatim
Cœna DOMINI instituta est, neque ulli ad eam præclusus est
aditus.

XXVIII.

Quarta est, fœderis (g) in baptismo initi redintegratio, & obsigna-
tio, peragenda eo ipso sanguine, sanguine inquam Novi Testa-
menti, quo illud ab ipso sancitum.

(g) *1. Pet. c.3, 21.*

XXIX.

Quinta est fidei, (h) quæ *πνευματικῶς* vivimus, exuscitatis & su-
stentatio, beneficio vivificæ carnis & sanguinis CHRISTI, ne in æstu-
tationum expiret.

(h) *Hab. c. 2, 4. Rom. 1, 17.*

XXX.

Sexta fraternæ dilectionis operatio, in membris mystic corporis
CHRISTI, cujus ipse caput habitans & operans in illis, eâ naturâ,
quæ frater noster.

1. Cor. 10, 17. c. 12, 13.

XXXI.

Et hæcenus quidem de necessitate & utilitatibus oralis man-
dicationis

ducationis ac bibitionis corporis ac sanguinis CHRISTI in sacra
Eucharistia διδακτικῶς.

XXXII.

Quæ doctrina cum apud Sacramentarios minimè vigeat :
fieri utique non potest, quin apud illos etiam usus Cœnæ valdè
frigeat.

XXXIII.

Supereft, ut ad ἀντιπίπλοντα eorum nos accingamus ἐλεγχι-
κῶς, quorum potissimùm duo.

II.

Disputatio
ἐλεγχική.

XXXIV.

Primum est effarum CHRISTI quod Oecolampadio, Luthero te-
ste, murus ahenus Joh. 6:

Spiritus est qui vivificat: Caro non prodest quicquam.

I. De dicto
Ioh. 6. 6.

XXXV.

Hic enim vocabulum Carnis torquent ad Carnem CHRIS-
TI, quasi hæc non prodest quicquam: nec vivificandi virtute præ-
dita.

XXXVI.

Verùm enim verò ut hæc celebris CHRISTI sententia à
Ψευδοερμηνεία vel potius βλασφημία Calvinistica potentiùs evi-
dentiùsq; vindicetur ostendemus. 1. κατ' ἄρσιν & λόγοφαικῶς, quòd
interpretatio ista menti CHRISTI non conveniat. 2. κατὰ θεσιν κατὰ φα-
λικῶς, quan am interpretatio eidem conveniat.

XXXVII.

Quòd ista Sacramentariorum interpretatio menti CHRISTI non
conveniat: plurima docent & confirmant. I. κατ' ἄρσιν.

XXXVIII.

Ac primò quidem omisso nominis, siquidem CHRISTUS loquitur
inde finitè de carne, absq; additione pronominis MEA, secus atq; ab
ipso factum, in omnibus illius capitis locis, in quibus de sua carne
sermocinatus.

XXXIX.

Ibi enim ubique, distinctionis ergo, & non absque emphasi
singulari, vel pro nomen illud, vel nomen FILII DEI, addidit, sicut
manifestum, ex vers. 51, 52, 53, 55, 56.

XLI.

2. Aperta

si ē. *Affertio CHRISTI assertio, qua Carnem suam vivificatricem esse testatur.*

verf. 51.

Ego sum panis VIVVS, qui de caelis descendi. Si quis ederet ex hoc pane, VIVET in eternum, Et panis quem ego dabo, caro mea est, quam ego dabo pro mundi VITA.

v. 54.

Qui edit meam carnem & bibit meum sanguinem, habet VITAM eternam.

XL I.

Unde in Anathematismo XI. Concilij Ephesini: Caro DOMINI est vivifica, propterea quod proprie facta est Verbis quod omnia vivificat.

XL II.

Cui σὺ φωνὸν καὶ εὐαγγέλιον aureolum istud Cyrilli. Lib. IV. in Johan.

Quoniam Salvatoris nostri caro VERBO DEI (quod naturaliter vita est) conjuncta vivifica effecta est: quando eam comedimus: tunc vitam in nobis habemus illi conjuncti, quae vita effecta est.

XL III.

Absurda blasphemia, & blasphemia absurditas; ipsam ipsius FILII DEI carnem, qua, ut re omnium preciosissima, redempti, nihil quicquam prodesse.

XL IV.

Oppositio Carnis & Spiritus, qualis inter Carnem CHRISTI & SPIRITUM SANCTUM nullum invenit locum, cum illa hoc uncta sit absque mensura.

Psal. 43. 8. Job, 63, 34. Act. 10. 38.

XL V.

κατὰ Ἰε-
ρων.

1. Lutheri in-
terpretatio.

Ceterum interpretationem menti CHRISTI convenientem Lutherus Interpres Scripturae sagacissimus his proponit verbis.

Tom. III. Jen. Germ. f. 364.

Fleisch heißt hie nicht Christus Leib: Sondern gewißlich den alten Adam / vnd das da wider den Geist / oder je one Geist / vnd nicht Geist.

XL VI.

Et hunc in modum etiam interpretatur hunc locum *Christi*
Iostomus, Hom. 46:

*Non de ipsa Carne dicit: Absit: sed de his, qui Carnaliter accipiunt,
quæ dicuntur.*

XLVII.

Fundamenta hujus interpretationis poni possunt præ ceteris,
duo, quorum primum, CHRISTI scopus: alterum *ἀντιδιασολή* Carnis
& Spiritus.

XLIX.

Scopus CHRISTO propositus est, dehortari auditores ab opi-
nionem Capernatica, qua Verba ipsius præcedentia, de esu carnis suæ
& potu sanguinis sui, intelligebant, sensu carnali, de corporis, &
quidem nudi hominis, laniena crudeli & horrenda, non absque
stupore dicentes:

Durus est hic sermo, quis potest eum audire?

XLIX.

Ad eundem Scopum Theophylactus quoque istam CHRISTI
Πίπρσιον: Caro non prodest quicquam &c. refert in Comment. in
cap. VI. Joh.

Quoniam (ut sæpè diximus) carnaliter exponentes ea quæ dicebantur à
Christo offendebantur: dicit quod spiritualiter intelligenda sunt
ea, quæ dicuntur à me, hoc est, prodesse. Caro autem, hoc est, car-
naliter illa exponere, nihil prodest, sed offendiculi occasio fit. Sic
igitur illi qui carnaliter audiebant, quæ à Christo dicebantur, of-
fendebantur. Subdit igitur, Verba quæ ego loquor, Spiritus sunt,
hoc est, spiritualia sunt, & vita, nihil carnale habentia, & vitam
æternam afferentia.

ἀντιδιασολή Carnis & Spiritus urget & perurget Lutherus
hanc inculcans Regulam:

Tom. III. Jen. Germ. f. 364.

Nu wollen wir den spruch Christi für vns nemen/ Fleisch ist kein
nutze/ vnd schon / ob wir ihn besser möchten handeln / denn die
Schwermer. Vnd sey vnser Grund der/ Daß/ wo die zwen wort/
Fleisch vnd Geist in der Schrift gegenander gesetzt werden.
Da kan Fleisch nicht Christus Leib heißen/ sondern heißt allwe-
ge das alte Fleisch/ das vom Fleisch geboren ist/ Johan. 3. Was
vom Fleisch geboren wird/ das ist Fleisch.

B 2

LL Sacra.



Resp. ad Exce-
ptionem Ad-
versariorum.

LI. Sacramentarij, exceptionis loco, reponunt, Scripturæ lo-
ca, in quibus caro & Spiritus quidem sibi invicem opponuntur, &
nihilominus tamen Carnis Vocabulum, non nisi de ipso ipsius
CHRISTI corpore accipi possit ac debeat, v. g.

1. Tim. 3. 16. Rom. 1. v. 4. 1. Pet. c. 3. 18.

Ausführlicher Bericht/was die Kirchen in Deutschland glauben
C. 5. fol. 134.

LII.

Sed fumos, vendunt dum non attendunt, quod Lutherus lo-
quatur de oppositione inter τὸ Caro nudè positum & αἶψα ἡγοῦσα
τὸ Spiritus.

LIII.

In locis autem allegatis ponitur τὸ Caro μετὰ ἡγοῦσα
CHRISTI, cujus illa caro,

LIV.

2. Alia inter-
pretatio.

Verùm enimverò ne habeant Adversarij, quod desiderent,
huic Lutheri interpretationi, ἐκ τῆς ἰστορίας, addimus adhuc unam,
quæ & ipsa menti ac scopo CHRISTI conveniens.

LV.

Capernaitæ concionem CHRISTI intelligebant de carne nu-
di ac puti hominis. Et talis utique carnis esus & usus verè nihil quic-
quam prodest. Et sic errabant non tantùm in manducationis modo,
sicut paulò antè dictum: sed etiam in ejus objecto.

LVI.

Ut igitur de utroque rectiùs instituantur CHRISTI Audi-
tores: docet Carnem quidem nudi ac puti hominis nihil prodesse:
sed suam carnem esse pradam Vivificatrice Virtute, ex in habitatione
SPIRITVSSANCTI Vivificantis, quo absq; mensura unctus.

LVII.

Cujus rei ἀναῆσθαι appariturum in gloriosa suâ ad Cœlos
Ascensione. Ideoque hæc immediatè præmittit:

Hoc vos offendit? quid si igitur videritis Fili-
um hominis ascendentem eò, ubi erat prius?

LIIX.

Et ita fuit primus Sacramentariorum ἀντιπρῆσθαι, ab autoritate
CHRIS-

CHRISTI: posterius neclunt ex *authoritate Lutheri*, quasi eodem II. De auto- modo, quo Calviniani verba illa CHRISTI: Caro non prodest *ritate Luthe-* quicquam &c. intellexerit.

Ausführlicher Bericht CV. f. 137.

LIX.

Sed quòd præter rem istud affingatur Lutherò; Hesperò clariùs effulget, ex jis quæ paulò antè adducta sunt, ex Libro: Das die wort &c. noch fest stehen/ ubi $\omega\lambda\iota\gamma\eta\varsigma$ $\lambda\alpha\tilde{\xi}$ $\kappa\upsilon\beta\epsilon\iota\alpha\upsilon$ illam Sacramentariòrum impugnat.

LX.

Testimonia ab adversariis, ex Lutherò, in loco modò nominaro citata planè sunt $\alpha\pi\sigma\acute{o}\sigma\kappa\omicron\pi\alpha$; siquidem inibi sermo est Lutherò de spiritali manducatione, per fidem, sine qua oralis manducatio utiq; nihil prodest: Sed *hoc cum illa conjuncta* longè plurimùm; planè ut in Catechesi, in Responsione ad quæstionem:

Qui potest illa corporalis manducatio tantas res efficere?

LXI.

Pervolvatur legendo scriptum Lutheri, cujus jam modò mentionem fecimus sub Tit. das die wort etc. noch fest stehen.

Tom. III. Ien. Germ. a fol. 358. usq; ad finem.

PROBLEMA II.

An responsio Lutheri in Catechesi ad hanc quæstionem: *Qui potest illa corporalis manducatio tantas res efficere?* loquatur, de substantia Cœnæ, vel de manducatione salutari, & quo sensu & respectu, hæc verba: *Pro vobis datur & effunditur in remissionem peccatorum*, inibi dicantur *principale caput* in Sacramento Cœnæ.

B 3

LXII. In-

Occasio.

LXII. Incidit jam mentio Responsionis Lutheri in Carechesi, ad
quæstionem istam: *Quæ* potest illa corporalis manducatio &c.

LXIII.

Causa πρὸ-
καταρτη.

Qua occasione etiam hoc Problema proponere placet idq; pro-
pter NeoCalvinianos in Hassia, qui in libellulo, cui titulus
Sprichbüchlein aus Lutheri Schriften / Responsionem illam Lu-
theri, sensu Calviniano interpretari non veriti.

LXIV.

Ibi enim responsionem istam Lutheri directè ad Sacramen-
talem manducationem & Cœnæ substantiam, referunt,

LXV.

Enodatio
Problematis.

Sed ut & hujus Problematis tabula manum admoveamus: *ditu-
rum* illud est partium.

LXVI.

1. Pars.

Prior est: *num* responsio illa Lutheri loquatur de *substantia
Cœnæ, & manducatione Sacramentali.*

LXVII.

Ajunt NeoCalviniani: Nos negamus, docentes non de sub-
stantia: sed de fructu Cœnæ ibi agi, cujus percipiendi instrumen-
tum fides.

LXVIII.

Confirmant nostram hanc sententiam 1. *Methodus Lutheri,*
qua in *prima & secunda* quæstione de substantia Cœnæ: in *reliquis*
verò tribus, de fructu ejusdem tractare voluit.

LXIX.

2. *Sonus verborum* in tertia & quarta quæstione, quarum hæc
cum illa indissolubili nexu cohæret:

3. quæst. *Quid verò PRODEST sic comedisse & bibisse.*

4. quæst. *Qui potest corporalis manducatio tantas res (scilicet remis-
sionem peccatorum, vitam, justitiam ac salutem, de
quib. in proximè præced. Resp.) EFFICERE?*

LXX.

E quo patet: ut in tertia quæstione de fructu per se: ita in quar-
ta propriè de medio vel instrumento, quo fructus illius participes
fieri possimus, quæri.

71. Re



LXXI.

Remittit igitur nos Lutherus in Responsione ad fidem, hanc
eam concludens Verbis :

Qui credit his verbis: ille habet, quod dicunt, & sicut sonant: nempe remissionem peccatorum.

LXXII.

Quis hic non videt, non de perceptione corporis & sanguinis Domini sermonem esse: sed de perceptione remissionis peccatorum: Huius medium & instrumentum est fides: illius autem os?

LXXIII.

Posterior pars Problematis est: quo respectu hæc verba: Pro vobis &c. dicantur à Luthero principale caput in Sacramento.

LXXIV.

Constat verò ex his, quæ jam dicta, quòd id non intelligendum ratione substantiæ: sed fructus Cœnæ, de quo quippe ibi ex professo agitur.

LXXV.

Et, quòd probè notandum, eulogium hoc manducationis salutaris, non seponit aut excludit manducationem Sacramentalem & oralem; sed supponit & includit.

LXXVI.

Ideoq; Lutherus non simpliciter dicit, quòd verba illa de salutaris manducatione, sint principale Caput in Sacramento Cœnæ: sed ita suam format & adornationem:

Quæ verba sunt: VNA QUM corporali manducatione, caput.

PROBLEMA II.

An inde, quòd CHRISTVS Cœnam se suam instituisse profiteretur, in suam absentia corporis & sanguinis ipsius evinci

possit

LXXVII.

Inter cæteras utilitates Cœnæ Dominicæ, de quibus hætenus, non postrema est, quòd CHRISTVS nos Cœna uti iubet suam ad præsentem vel recordationem sui.

2. pars

LXXVIII.

Opinio Cal-
vinianorum.

Quid Calviniani? Hanc hujus epuli sanctissimi usum pium, in abulum impium convertunt, dum inde absentiam corporis & sanguinis Dominici astruere allaborant.

Zweyhertzige Vermahnung fol. 49.

LXXIX.

Uulgò autem istud levis armaturæ argumentulum, quod, ex vocabulo ἀνάμνησεως, confarcinant:

Paulus de Cæna DOMINI verba faciens, non meminisse realis præsentia: sed solum ἀνάμνησεως.

1. Cor. c. II. 24. 25.

Responsio Phi-
losophorum
ad Minorem.

At qui ἀνάμνησις est rerum absentium non presentium.

Ergo Paulus non statuit realem corporis ac sanguinis CHRISTI in Cæna præsentiam.

LXXX.

Hic est ille aries bicorniger! Philosophi Minus cornu, id est, Propositionem Minorem, aggrediuntur, idq; securi inficiationis resecandum censent, productis, instantiæ loco, in contrarium è Scriptura exemplis, v. g. DEI ubiq; locorum presentissimi, cuius tamen recordatio Eccles. 12. 1. Itemq; CHRISTI, qui passim nobiscum usq; ad consummationem seculi; de quo tamen 2. Tim. 2, 8. μνημόνευθῃ Ἰησοῦ χριστοῦ.

LXXXI.

Verum enim verò si pace eorum, velimus ἀκριβολογεῖν: ἀνάμνησις utiq; est propriè rerum non ἀπώλως: Sed πῶς, id est, quatenus illæ præterita vel pridem facta.

LXXXII.

Idq; vel sonus appellationis arguit: ἀνάμνησις enim non planè idem est quod commemoratio: Sed idem quod recordatio, recommemoratio.

LXXXIII.

Rerum verò præsentium quatenus præsentium, propriè non est recordatio sed, vel sensus si fuerint sensibiles: vel cogitatio & consideratio, si fuerint insensibiles.

LXXXIV.

Ad exempla Scripturæ facilis est responsio. 1. Ecclesiastæ c. 12. 1. jubentur

jubentur juniores recordari finis, cujus gratiâ à DEO Creatore, suo conditi, vel certè Creatoris, qui, illorum opinione, absentissimus.

LXXXV.

2. Tim. c. 2. v. 8. non nudè & absolutè dicitur *μνημόνευε Ἰησοῦν Χριστόν*: sed indivulso nexu coherent hæc: *ἐγγεγραμμένον ἐκ νεκρῶν.*

LXXXVI.

Unde cuivis legenti obvium, quòd sermo sit Apostolo de CHRISTO: non ἀπλῶς considerato: sed πῶς, respectu videlicet resurrectionis, quæ non in censu *presentium*: Sed *absentium* ac rerum pridem *factarum* vel *preteritarum*.

LXXXVII.

Sed hæc nos bonâ cum gratiâ remittentes ad Philosophos, *maius* illius arietis cornu, id est *Propositionem Majorem*, quæ nititur auctoritate Apostoli, animum advertimus, quodq; cornu illud totum sit morbidum, *ἐπιεθμῆσαι* vitiorum, quibus laborat, ultro demonstramus.

LXXXVIII.

Primum vitium est *petitio principij*, quod Apostolus non realis præsentia: Sed saltem *ἀνάμνησεως* mentionem faciat. Contrarium enim in præcedentibus Disputationibus lueulentissimè ostensum est.

LXXXIX.

2. *Confusio eorum*, quæ de *substantia & fructu Cœnæ* agunt, inter quæ tamen tantum discriminis, quantum inter *rei substantiam*: & id, quod *extra rei substantiam* positum: inter *interna & externa*: inter *rei constitutionem*, & *rei constituta consequens*.

XC.

Verba enim: *Hoc facite in mei commemorationem*: non pertinent ad *substantiam Cœnæ*, quam jam instituerat & definierat DOMINUS: sed ad *fructum Cœnæ*, quem verbis: *Hoc facite*: sancit, exponens videlicet, & imperans, quo fine, vel cujus fructus gratia, Cœna jam à se instituta, manducatione corporis ac sanguinis sui, celebrari debeat? Quomodo igitur ἡ ἀνάμνησις evertet *παρουσίαν ἰδαμῶς*.

XCI.

3. *Parologismus compositionis*, dum τὸ ἀνάμνησις referunt ad CHRISTI

Q

STI cor.

Responso

Theologorum

ad Minorem,

instituta

ἐπιεθμῆ-

σαι vitiorum,

quibus labo-

rat.

ISTI corpus & sanguinem absentem, referendū, ad passionem ac mortem
CHRISTI prateritam, qua corpus suum tradidit, & sanguinem ef-
fudit, teste eodem Apostolo in versu sine intervallo subsequenti:

Quotiescunq; ENIM manducabitis panem hunc, & calicem hunc biberitis:
MORTEM DOMINI annunciabitis.

XCII.

Adde, si τὸ ἀνάμνησις referendum ad absens corpus & sangui-
nem CHRISTI: tum sequetur, quòd in prima Cœna aut
CHRISTUS corpore ac sanguine suo non adsuerit: aut quòd voca-
bulum illud tum fuerit supervacaneum. Atqui utrumq; est absur-
dum. Ergo.

PROBLEMA III.

*An & quomodo contemptores Sacramenti
Cœna, ad ejus usum cogi possint ac debeant.*

XCIII.

ἐνέχεσθαι.

ἔδει.

Quæ de utilitate sacrae Eucharistiæ disputata sunt hæctenus,
piis omnibus ὑπεκκαύματα sunt & ὀρμητικὰ omnium efficacis-
sima, quibus eorum animi, ita inflammantur & incitantur, ut
nihil prius & antiquius sibi esse patiantur, quàm frequentem Cœ-
næ Dominicæ usum.

XCIV.

Atq; hinc ardor ille in primitiva olim Ecclesia, in qua ali-
qui singulis diebus ad sacram synaxin accedebant, referente Au-
gustino, & ex Augustiūo Juris Canonici compilatore Gratiano,
de Consecr: Dist. II. c. 13.

CXV.

Debat eundem ardorem in nobis etiam exuscitare, inter
alia, vel maximè VOX SALVATORIS: QVOTIESCVN-
QVE &c.

CXVI.

Hac enim haud obscure monet: non semel atq; ferum sal-
tem Cœna à se instituta urendum: *sed multoties.*

97. A8

XC VII.

At enimverò apud nostros hodie homines ardor ille non modo refriguit : sed apud complures penitus elanguit , imò, ut dicam quod res est, evanuit.

XC VIII.

Ed enim, proh polor, res redijt, ut non desint, qui à Sacramento hoc summè venerando adeò abhorrent, ut, per annos sanè plusculos, eo non utantur.

XC IX.

Quæritur proinde quid cum hujus fecis & farinae hominibus agendum, num & quomodo ad usum Cœnæ Dominicæ cogi possint ac debeant.

C.

Nos, ut rem in pauca contrahamus, quæstionem hanc prædicam decidendam censemus beneficio distinctionis, inter coactionem externam & corporalem : & ἀβίαστον internam & spiritua-

Decisio per distinctionem inter coactionem.

C I.

Primam merito rejiciamus, tum propter periculum indignæ χειρώσεως : tum ideo, quia cultus DEO præstandus cum (g) ἐκούσια & ἐθελούσια (h) ἢ ἀναγκαστῶς ἀλλ' ἐκούσιας, & (i) spiritus spontaneo.

(g) 2. Cor. 6. 11. (h) 1. Pet. 5. 3. (i) Psal. 51. 12. Psal. 110. 3. Psal. 119. 108.

C II.

Et huc tendit etiam judicium Lutheri : Tom. V. Jen. f. 188.

Vnd das Predigamt hat doch Gott nicht dazu gestiftet / das es ihm solchesichere faule Prediger / vnd unwillige gezwungene Christen machen / vnd wer nicht willig vnd gerne ein Christ sein wil / vnd nicht gern zum Sacrament gehet / der bleibe nur weit davon / vnd fahre / wohin er fehret / Gott mag keinen gezwungenen Dienst haben / wie S. Paulus sagt / 2. Corinth. 9. Einen frölichen Geber hat Gott lieb. Sondern dazu ist gestiftet / das es die Leut soll herzubringen / locken vnd ziehen / das sie williglich vnd gerne komen / Ja / das sie darnach mit gewalt lauffen / ringen vnd dringen.

C III. E



CIII.

Cum quo consentit illud εὐδηλον Damasceni, lib. 4. ὀρθ. πίς.
c. 20,

ἀβίατον εἶναι πρέπει τὸ καλόν.

CIV.

Coactionem verò alteram omnibus modis commendamus, ut
summè necessariam, & ut partem Ministerij Ecclesiastici, maximè
præcipuam,

CV.

De modo.

Quomodo autem isthæc coactio instituenda: id fideli studio
monstrat Lutherus, in exhortatione seria, ad frequentandum u-
sum Sacramenti Cœnæ, qua causas *περὸν καταρληκὰς* numero pluri-
mas, pondere gravissimas, robore validissimas complexus est.

Tom. V. Ien. f. a. fol. 189. usq; ad f. 202.

CVI.

Has Ministri Ecclesiæ Cœnæ contemptoribus subindè incul-
cent, non publicè tantum & in genere: sed etiam privatim in indi-
viduo, effectum pijs precibus committentes DEO, in cuius manu
corda hominum, quique *Φυτεύσῃ* nostræ *αὐξήσῃ* promissit proli-
xissimè,

Esaie 6. 55. 1. Cor. 6. 3.

CVII.

Videatur *Ἐξίς ἰεραρχική* Elect. Saxon. cap. VIII. quod est de
Communione m. fol. 314.

F I N I S.




AB: 195067

ULB Halle

3

003 019 209




56.





75
GEBHART WOLFFEN
HCALEVEYANTISSON



19

BENEDICENTIE ALTISSIMO,
PROBLEMATUM
THEOLOGICORUM EX
V. CATECHESIS LUTHE-
ranæ parte, quæ est
DE SACRAMENTO
COENAE,
DECADIS TERTIÆ:
Problemata. I. II. III.
In Electorati ad Albim Academia,
in disputationem proposita,
AUTORE AC PRÆSIDE
JOHANNES FÖRSTERO
SS. Th. D. & Prof. Ordinario,
RESPONDENTE
M. JOHANNES TRUBSBACHIO
Freibergensi, Alumno Electorali.
Ad 18. Ianuar. horis locoque consuetis.
VITTEBERGÆ,
Typis Johannis Gormanni. Anno 1612.

